TRACTATUS DE LEGIBUS ABROGATIS ET INUSITATIS IN HOLLANDIA VICINISQUE REGIONIBUS.

AUCTORE

SIMONE à GROENEWEGEN
Vander Made J. U. D. *Patriæ Delpho-Batavæ à Secretis.*

LUGDUNI BATAVORUM
Apud FRANCISCUM MOYARDUM,
ET DAVIDEM LOPEZ DE HARO.

cIↄ Iↄ c XL IX.

BIBLIOTECA DE LA UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
BIBLIOTECA UNIVERSITARIA · SALAMANCA

LECTORI.

L*Egibus latis*, inquit Pomponius IC. *cæpit, ut naturaliter evenire ſolet, ut interpretatio deſideraret prudentiũ auctoritate neceſſariam diſputationem fori*, ſine qua nemo digeſtam ſolidamq; juris cognitionem habere poteſt: *omnes* enim *artes*, ut recte M. Tullius Cicero, *aliter tractantur ab iis, qui eas ad uſum transferunt, aliter ab iis, qui ipſarum artium tractatu delectati, nihil in vita ſunt aliud acturi*, & teſte Baldo *leges in ſcholis diglutiuntur, in palatiis digeruntur*. & hinc *plerumque ſub auctoritate juris ſcientiæ perniciose erratur* ab iis, qui ſola Romani juris cognitione imbuti ſecundum ea clientibus conſulunt, quæ uſus damnavit. Illi autem, quibus *omnia apertius & perfectius à quotidiano judiciorum uſu in ipſis rerum documentis apparent*, rite dirimunt ambigua fata cauſarum, in rebus ſæpe publicis ac privatis lapſa erigunt, fatigata reparant, laborantium ſpem, vitàm & poſteros defendunt, & non minus provident humano generi, quam ſi præliis atque vulneribus patriam parenteſque ſalvarent. de quo luculentiſſimum exſtat Imperatorum encomium. Itaque cum poſt diligentem aſſiduamque theoriæ navatam operam, ſine qua praxis maxime periculoſa evadit, ad communis vitæ uſum & praxin animum meum applicaſſem, nihil mihi prius, nihil antiquius fuit, quam jus antiquum cum noviſſimo, Romanum cum patrio, civile cum municipali conferre, eorumque obſervare diſcrimina. Arduum profecto, neque unius hominis opus! quis enim mortalium in tanta conſuetudinum copia, morum obſcuritate, experientia difficuli, opinionum varietate, &, ut verbis utar Vlpiani, *naturali hominum ad diſſentiendum facilitate*, ubique certum quid de jure noſtro prædicare poſſet? In multis

in l. 2. neceſſarium §. 5. his. D. de Origin. jur.

in l. 38. Æmilium n. 36. D. de Minor.

l. 91. ſi ſervum. §. 3. ſequitur. D. de V. O.

§. pen. Inſt. de ſatiſdat.

in l. 14. advocati. C. de Advocat. divc. judicior.

in l. 17. item §. 6. principaliter. D. de Recep. arbitr.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA - SALAMANCA

TRACTATUS DE LEGIBUS ABROGATIS ET INUSITATIS IN HOLLANDIA VICINISQUE REGIONIBUS.

PARS I.

IMP. JUSTINIANI INSTITUTIONES.

PROOEMIUM.

§. 6. Quas, in verb. pleniſſimum noſtrarum conſtitutionum robur eis accommodabimus.

JUris civilis ubivis quidem magna, ſed non eadem autoritas. 1. *in Gallia non obſervatur niſi in quantum ratione nititur.* 2. *legum auctoritatem obtinet in Belgio.* 3. *præſertim in Friſia.* 4. *ſed hoc fallit multis modis.* 5. & ſeqq. *quare in multis obſcuri ſunt mores hodierni.* 15. *in dubiis ad vicinorum locorum conſuetudines recurrendum.* 16. *conſuetudo juris civilis correctoria hodie facilius ad conſequentias trahitur.* 17. *auctoris ſcopus in hoc tractatu.* 18.

HIc nobis opportune occurrit neceſſaria atque utiliſſima quæ- 1
ſtio, ſcilicet quantam auctoritatem hæ Inſtitutiones, adeoque & totum jus civile Romanorum hodie obtineat. Apud pleraſque quidem gentes id receptum eſſe conſtat. Buſ. *in l. 32. de quibus. in fin. D. de* L.L. Mornac. *in l. 1. D. de Iuſt. & jur.* adeo ut & Turcæ Codice Iuſtinianæo græco utantur, teſte eodem Buſio *in l. 6. jus civile n. 2. D. de juſt. & . jur.* Alibi tamen majorem, alibi minorem auctoritatem obtinet: In Gallia enim receptum non eſt, nec obſervatur, niſi in
quantum ratione niti comperiatur; ideoque & judices in officii inſtitutione non 2
jurant ſe ſervaturos Imperatorum LL. civiles. Rebuff. *ad Conſt. reg. 9. In præfat.*

TRACTATUS
DE
LEGIBUS
ABROGATIS
ET INUSITATIS
IN
HOLLANDIA
VICINISQUE REGIONIBUS,
AD DIGESTA.
PARS II.

AUCTORE
SIMONE à GROENEWEGEN
VANDER MADE, *J.U.D. Patriæ*
Delpho-Batavæ à Secretis.

ANNO cIↃ IↃ c xviii.

TRACTATUS
DE
LEGIBUS ABROGATIS
ET INUSITATIS.
IN
HOLLANDIA
VICINISQUE REGIONIBUS
PARS III.
QUÆ EST AD CODICEM.

AUCTORE
SIMONE à GROENEWEGEN
VANDER MADE J. U. D. PATRIAE.
DELPHO-BATAVAE
à Secretis.

ANNO CIↃ IↃ C XLVIII.